

## De sancto

interrogaret cur vir grauioris officij sic  
diffolite rideret. Quia tu scribis de  
mortuis q̄s viuentes nūq̄ vidisti. Cui  
Iohannes. Et si illum non nouerim fa-  
cie. tamē de illo scribo que vidi c̄i lectio-  
ne. At ille. Tu inquit: vt video: sicut vo-  
lunsti: fecisti. et ego que facere poterō: nō  
cessabo. Adorq; illi lumē laterne extin-  
xit: et adeo ipsum perterruit: vt vehemē-  
ter exclamans putaret se ab illo gladio  
iugulari. Adorq; Gregorius affuit com-  
mitate secum dextro: sum b̄tō Nicolao.  
sinistro: suz vō Petro dyacono: eiq; di-  
xit. Ad odice fidei q̄re dubitasti? Cuiq;  
post cortinaz lecti aduersarius latitaret.  
Gregorius ex manu Petri dyaconi ma-  
gnam facem quam tenere videbatur ar-  
ripiens: eiusq; flammis os faciēq; ipsi  
aduersarij exurēs ad instar ethiopsis de-  
nigrauit. Quedam autem scintilla par-  
uissima cadens in eius vestem candidā  
ipsam dicto citius conflagrauit. et sic ni-  
gerimus totus apparuit. Dixitq; bea-  
tus Petrus Gregorio. satis denigraui-  
mus eum. Cui Gregorius. Nos illum  
nō denigrauim⁹. sed nigrū fuisse demo-  
strauimus. sicq; ibidez multo relicto lu-  
mine abierunt.

**L**onginus fuit q̄-  
dam centurio qui cum alijs mi-  
litibus cruci domini astans ius-  
supylati latus domini lancea perfora-  
uit. Et videns signa que fiebant: solem  
sez obscuratum et terremotuz in ch̄ristū  
credidit. Adaximē ex eo q̄ quidā dicūt  
q̄ cum ex infirmitate vel senectute eius  
oculi caligassent de sanguine ch̄risti per  
lanceam decurrente fortuito oculos su-  
os tetigit. et protinus clare vidit. Unde  
renunciās militie: et ab apostolis instru-  
ctus: in cesaria vrbe capadocie viginti  
octo annis monasticam vitam duxit. et  
verbo et exemplo ad fidem multos con-  
uertit. Cum autem a preside tenens fu-  
isset et sacrificare nollet. iussit preses om-  
-

## Longino Fo. lxi.

nes dentes eius excuti. et linguam absc̄-  
di. Longinus tamen ex hoc loquelam  
non perdidit sed accepta securi oia ydo-  
la comminuit et fregit: dices. Si dij sūt  
videbimus. Demones autem de ydolis  
exētes. in presidē et in omnes socios ei⁹  
intrauerunt. et insanientes et latrātes se  
Longini pedibus prostrauerūt. Et ait  
Longinus demonibus. Cur habitat in  
ydolis? Qui responderunt. Ubi nō ho-  
minatur ch̄ristus. et eius signum nō est  
positum. ibi est habitatio nostra. Cum  
ergo preses insaniret. et oculos eius ami-  
sisset dixit ei Longinus. Scito qz sana-  
ri non poteris nisi quando me occideris.  
q̄cito enī a te mortuus fuero pro te ora-  
bo et sanitatem tibi corporis et anime im-  
petrabo. Et statim eum decollari iussit.  
Post hoc abiit ad corpus ei⁹. et prostra-  
tus cum lacrimis penitentiam egit. Et  
continuo visum et sanitatem recepit. et in  
bonis operibus vitā finiuit.

**B**enedict⁹ dictus

Vel qz multa benedixit. Vel  
qz in hac vita multas benedictiones ha-  
buit. Vel qz omnes benedicebant de eo  
Vel qz eternam meruit benedictionem  
habere. Eius vitam sanctus Gregorius  
scripsit.

**B**enedictus ex

ursia prouincia ortus. cui⁹  
dome liberalib⁹ studijs tra-  
ditus esset. et ipsa sui infancia litteras de-  
seruit: et desertum petere decreuit. Quēz  
nutrix sua que eum tenerime diligebat  
vsq; in quendam locum qui dicitur est  
de secuta est ubi ad purgandum triticū  
mutuo capisterium petijt. sed sup men-  
sam incante ponens. cū corruisset in dua-  
bus partibus fractum vidit: quam Be-  
nedictus flere conspicēs parte capiste-  
rij accepit: et ab ordine surgēs integre soli-  
datū inuenit. Postmodū nutricē occulte